

*MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80084-14*

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

PAULY, FRANCISCUS

TITLE:

DE L. ANNAEI SENECAE

PLACE:

PRAGAE

DATE:

1869

Master Negative #

91-80084-14

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

BKS/PROD Books FUL/BIB NYCG91-B45263 Acquisitions NYCG-PT
Record 1 of 0 - Record added today
+
ID:NYCG91-B45263 RTYP:a ST:p FRN: MS: EL: AD:04-29-91
CC:9668 BLI:am DCF:? CSC:? MOD: SNR: UD:04-29-91
CP:nyu L:lat INT:? GPC:? BIO:? FIC:? CON:???
PC:r PD:1991/1869 REP:? CPI:? FSI:? ILC:???? MEI:? I1:?
MMD: OR: POL: DM: RR: COL: EML: GEN: BSE:
✓ 040 NNC†cNNC
100 10 Pauly, Franciscus.
245 10 De L. Annaei Senecae tragoediarum†h[microform].
260 0 Pragae,†bin aedibus Caroli Bellmann,†c1869.
300 40 p.
LDG ORIG
QD 1869

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7-1-93 INITIALS m GY
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910




301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Seneca tragico.

Pauly

DE

L. ANNAEI SENECAE TRAGOEDIARUM

CODICE

LOBKOVICIANO S. RAUDNICENSI.

SCRIPSI

Dr. FRANCISCUS PAULY.

PART. I—III.

PRAGAE.

IN AEDIBUS CAROLI BELLMANN.

MDCCCLXVIII.

1869

DE

L. ANNAEI SENECAE TRAGOEDIARUM

CODICE

LOBKOVICIANO S. RAUDNICENSI.

SCRIPSIT

Dr. FRANCISCUS PAULY.

PART. I—III.

PRAGAE.

IN AEDIBUS CAROLI BELLMANN.

MDCCLXVIII.

TYPIS CAROLI BELLMANN PRAGAE.

Honestissimo redemptori roganti, ut sibi dissertatiunculæ de L. Annaei Senecæ codice Lobkoviciano s. Raudnicensi Part. I. gymnasii Micropragensis, programmati quod hoc ipso anno prodiit, præmissam recudendam concederem obsecutus addidi part. II. et III. Quod quidem si uiris doctis Senecæ tragoediis operam nauantibus haud ingratum fecero, satis uberem laboris fructum mihi percepisse uidebor et primo otio concesso quæ restant subiciam.

Dabam Prægiæ Kal. Nouembribus a. MDCCCLXVIII.

F. P.

PART. I.

Abhinc duos annos J. Dvořak, bibliothecae Principis Ferdinandi de Lobkovic quae est Raudnicii ad Albin praefectus uirque mihi amicissimus, codicem L. Annaei Senecae tragoediarum ad me transmisit litterisque simul rogauit, ut breuis ejusdem codicis notitiae in usum R. Peiperi Vratislaviensis, u. d., qui nuper una cum G. Richtero, u. d., Senecae tragoedias edidit Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri, conficiendae partes in me susciperem. Quod quidem munus detrectare nec potui nec uolui, quamuis armorum qui iam tum erat strepitus ac tumultus aduersaretur, confectamque quae ad codicis auctoritatem pretiumque constituendum sufficere uidebatur notitiam Vratislaviam transmissi ultro pollicitus, si placeret editoribus, lubenti me animo integram codicis collationem in eorum usum instituturum. Quod cum non placuisse ex eorum silentio iure mihi concludere uiderer, siue quia ad Senecam sui similiorem reddendum parum inde redundaturum esse notitia mea edocti erant, siue quia, id quod e Peiperi ad bibliothecarium litteris cognoui, noua eorum editio iam sub prelo sudabat: tamen otio tunc mihi inuito imposito ita uti constitui, ut integrum codicem conferrem cum editione Bipontina, prima occasione data, si quae cognitu digna uiderentur, publici iuris facturus.

Quam quidem spe citius nunc mihi concessam arripere uisum est cum praesertim noua codicis collatione ad nouam

quam supra commemoravi editionem Teubnerianam facta non possem mihi non persuadere, hunc quoque librum in eorum numerum esse referendum, quibus quantumvis recentioris aetatis et recensiois quam dicunt vulgaris, tamen in poetae fabulis si non omnibus at certe non nullis ad genuinam formam reuocandis non nihil uindicandum esse uideretur auctoritatis. Quod quidem in primis cadit in Herculem I, seu mauiis „furentem“, quem ex alio ac reliquas fabulas fonte originem duxisse crediderim et in quo praeterea tantum corsensum repperisse mihi uideo cum codice Vindobonensi, quem praeter E recensiois codices ad hanc fabulam emendandam plurimum ualere editores recentissimi recte contendunt praefationis p. XXI, ut operae pretium uisum sit integram collationem ad exemplar Teubnerianum factam emittere. In quam sententiam quo iure animum induxerim cum quae infra digessi et in unum locum congeSSI argumento fore confidam tum ii uideant, penes quos de hisce rebus consentaneum est iustum esse atque aequum iudicium.

Sed priusquam propius ad rem ipsam accedamus paucissima de codice nostro in uniuersum praemittere iuuat.

Est igitur codex membranaceus formae quaternariae maioris, saeculi XV s. XIII (in tergo uoluminis impressus est, id quod obiter moneo, annus 1390) et insunt foliis CLXXXIII, ita ut in quauis pagina XXX uersus scripti sint, Senecae fabulae hoc ordine hisque nominibus: *Hercules furens*, *Thiestes*, *Thebais*, *Ypolita*, *Edipa*, *Troas*, *Medea*, *Agamemmonia*, *Octauia*, *Hercules Oeteius*, nisi quod huic desunt uers. 1799 usque ad fabulae finem. Quibus foliis praefixa sunt alia octo folia et ipsa membranacea, quorum primum erasa quidem sed non ita ut legi non possint haec uerba in fronte scripta habet: *ISTE LIBER EST MEVS ANDREE DE PONTE FILII ANTONII DE PONTE. DEO GRAS. AMEN. 1440.* Secundum folium continet duo carmina Mathei de Orglano, quorum alteri ad amicum quendam misso subscriptum est: *Ferrariae pridie kalendas Augusti*

1390, alteri ad filium misso: *Vincentiae pridie Idus Julias MCCCLXXXIII*; tribus quae sequuntur foliis diuersae manus addiderunt miscellanea nullius fere pretii, inter quae notum illud Petrarcae carmen quod incipit uerbis: „*Salue cara deo tellus sanctissima salue*“, sed hac inscriptione: „*Versus diui Francisci Petrarcae summi poetae laureati constructi per ipsum ad laudem et gloriam Italiae quando rediuit de Gallia in Italiam*“; sexti folii prior pagina uacua relicta, altera continet argumentum Herculis furentis; hoc denique excipiunt duo folia aliunde adglutinata cum argumentis reliquarum fabularum, quorum descriptionem alia occasione promere placet.

Scholia largiora in margine addita sunt usque ad Hippolyti u. 550 sed pleraque recentiore manu quam quae fabulas descripsit. Praeterea fere omnibus glossematum generibus liber scatet, cum uel explicandi causa uulgaria poeticis exquisitoribusque formis aut uocabulis superscripta, uel quae deesse uidebantur suppleta, uel uariandi studio synonyma adposita sint et quae sunt alia ejus modi. Correctus est codex in primis in Hercule I ita ut saepius genuina interpolatis corrupta quam interpolata et corrupta uere correcte deprehendas; maxime uero dolendum quod corrector plerumque maluit rasuris uti quam addere uariam lectionem; quod collatio integra clarius docebit.

His de codice in uniuersum praemissis aliquot locos insigniores in uno conspectu ponam, quibus idem in Hercule I cum Vindobonensi consentit, dissentientibus reliquis libris uel omnibus uel longe plurimis, quo facilius diiudicare possis uerumne sit quod contendo nostrum librum peculiari quadam cum Vindobonensi societate iungi. Vterque igitur codex habet uers. 260 *ipsamque* (nisi quod in V *que* syll. adiecta apparet) — 457 *dedit* — 490 *gerionem* (quamquam *m* lit. in rasura est) — 502 *egisti* (in ras.) — 627 *uerumne cerno corpus an fallor t' tua uidēs* — 922 *manante* (prima man., alt. adiecit supra *e* lit. *s*) — 927 *potestque magis* — 939 *nullo* (pr. man.,

alt. corr. *nulla*) — 1117 *medius* (pr. man., corr. alt. *melius*) — 1194 *sum* (pr. man., corr. alt. *sim*) — 1227 *sic sic* (sed priorem *e* lit. man. alt. adiecit) — 1254 *sive in auct.* — 1331 *renus*. Quibus multo notabiliora affinitatis indicia sunt primum quod in nostro cod. u. 604 (^{descende} *pete* legitur, unde conflatum uidetur Vindobonensis lectio *petende*; deinde quod u. 1250 in utroque libro in margine adiectus est; denique quod u. 481 Vindob. scriptura *hoc cantis* cum lemmate scholii consentit sat memorabilis, quod hic statim e nostro libro adicere placet. Est autem hoc: *[Hoc cantes] Qui in epistolis ouidii teutans* (l. Teuthras) *dicitur, rex potens erat habens multas filias pulcras, cum quibus omnibus concubuit Hercules debellato patre, unde ouidius in epist. (VIII 51) dicit: „Non tibi crimen erit (sic) teutranica turba sororum (sic), Quarum de medio nulla relicta tibi.“ Quod fecit porcorum (sic) ritu non inspectu affinitate sororia*’.

Atque his si addideris locos, quibus Lobkovicianus solus cum E recensione conspirat, ut: 284 *retro* pr. man. — 684 *lethe*, (scil. una lit. in fine uocis erasa) — 804 *uictrice* (sed *trice* syllabae in rasura quinque s. sex litt.) — 830 *herculeas* . . *manus* (pr. man., erasa tum utraque *s* litera) — 1028 *eripuit* — 1036 *obstrepit* (sed *pat* syll. in rasura syllabae *pr*it s. *pret*) — 1075 *futuris* (erasa *s* litera) — 1112 *uastusq.* (pr. man.) — 1130 *ulti seuos* (sed a pr. man. fuit *uili seuos*), ut taceam hic de u. 519 ubi *colam* scripturam seruata esse infra monebimus; porro locos, quibus cum VE consentit, ut: 242 *latam* non *ctiam* — 341 *thalamis* non *thalamisque* — *ducet et* non *ducet e* — 434 *sceptroq* pr. man. *sceptroq* alt. man. — 435 *quod* pr. man. — 618 *iam* non *tam* — (658 *in pectore* non *pectore* —) (1005 *culmen* non *columen* —) 1226 *carens* pr. man. — 1323 *herculeus* non *herculeos*, aliaque similia haud pauca; denique permultos locos quibus scripturas EVψ contra A recensionem seruat, ut: 294 *effereus* — 357 *te* om. — 458 *num* — 467 *non* — 478 *uibrare* — 590 *multis*

— 796 *sedit* — 820 *uictorem* — 890 *alluitur* pr. man. — 915 *exundet* — 920 *nobilis* — 928 *tuus* — 946 *quis* — 1012 *tecta . . . madent* — 1018 *infesto* — 1158 *tegimen* — 1261 *furit* — 1281 *mouere* — alios: his, dico, omnibus additis facile concedes, accuratam quam infra posui eius codicis partis quae ad Herculem I spectat collationem non nihil posse afferre ad fabulam in integrum restituendum uel certe ad munienda ea quae aliunde correctata iamiam Peiperi Richterique acumini doctrinae, diligentiae assiduitati debemus.

Quod omisi uulgares orthographiae quam dicunt discrepantias, errores librarii manifestos, glossemata plurima ad textum constituendum nil afferentia, haud facile erunt qui improbare uelint.

In sinistro margine primae paginae minio scriptum *Juno*, supra primum uersum item minio *Capitulum* (sic) *primum*; contra in reliquis omnibus fabulis *actus primus, secundus* etc.; hinc quoque nescio an non iure meo colligam uerum esse quod supra dixi Herculis I in nostro codice fontem alium esse atque reliquarum fabularum — 8 *tepent* — 12 *fera coma hinc exteret* — 13 *aureas* — 14 *tindariide* supra scripto *al titanide* — 19 *una me ac fera* sed *ac fera* in rasura eaque maiore quam quae sex literis expleri possit — 20 consentit cum VA — *fecit cuius ascendat* sed *cuius* uoci punctis suppositis — 22 *alcimen* in ras. — *locum* — 24 *ortu* — *impedit* sed in ras. man. recentiore — 30 *que bella* — 33 *malis* sed *is* in ras. unius lit. — 36 *patrem probauit inde qua lucem premit* — 37 *aperitque Thetis qua ferens Titan diem* || *qua sol reuertens quaque deponens diem* addita in mg. uoce *uacat* — 38 *tingit* — 41 *est* om. — 44 syllabae *cere* et *ueni* in ras. — 50 *inferu*; sic in communi nostri et V codd. fonte scriptum fuisse uidetur sed prima man. V cod. sigillum; pro *s* lit. habuit non hoc solum loco sed alias etiam; ut unum tantum afferam, supra u. 37 *dies* V¹ *diē* V²; in fonte eius era

sine dubio die; — 54 et reteggit — stiga — 57 ille — 62 deuicti — 65 praeripiet — 78 expenso addito scholio hoc: ,r. expenso] in factis in quibus expendit robur suum'; fortasse rectius — 72 mediusq. — sedit in fine uers. ead. man. add. (ceterum 71 et 72 ordine uulgari se excipiunt) — 76 iā lacera — 81 doris, quod scholion interpretatur dorica, quae lectio in textum V cod. irrepsit — 82 sequitur u. 123 ut in editt. Lipsiensium Mog. — 84 omnes] ista — 88 uiperea in ras. — 89 feros oculorum aberratione ortum ex ultima seq. uers. uoce inferos — 95 e regno ditis — 96 est l' ueniat ūt et inuisum scelus sed l' et ūt erasis, ueniat et et i. s. in rasura; in mg. adiectum sed item eras. ūt; cfr. script. E recens. in edit. Lips. — 100 in cite — 108 percitus sed ercitus litt. in ras. — 112 iam odia — 116 me pariter — 117 hoc — 118 et ut cert in ras. — 119 manus — 123.124 uterque uers. hoc loco — Chorus in marg. sinistro; inscriptum est: Capitulum secundum — 125—162 exstant etiam in nostro cod., sed post u. 201 positi sunt, ita ut chorus incipiat u. 163 turbine magno spes sollicitae usque ad u. 201 cana senectus, sequantur uu. 125—162 domus iam spes in agris, denique 202—208 Alcidae parens. Sed duae manus in marg. adpictae post uerbum senectus (201) et post uu. iam spes in agris significare uidentur has duas partes chori, quarum utraque ex uersibus XXXVIII in nostro codice constat, transponendas esse; praeterea memoratu dignum, primum uersibus 125—161 ne unum quidem scholion uel glossema adiectum, cum copiosa scholia et iis quae praecedunt et iis quae sequuntur addita sint; deinde uerba ad u. 162 in marg. sinistro adscripta haec: ,ulj (?) nunc uacant'. Unde suspicari licet illos uersus, quos in aliis codd. desiderari in aliis in marg. relegatos esse editores Lips. testantur ex alio ac reliqua fonte haustos esse — 125—127 Jam rara m. s. p. || languida mundo || nox uita (sic) uagos atrahit (sic) ignes || luce renata || — 130 archades sed e lit. in ras. — 133 summū sed ū in ras. — oeta ut E — 134 bachis — 143 uucua (sic) — 152—157 carbasa u. c. d. ||

nauita u. l. aura || complente sinus || hic e. p. s. u. deceptos || instruit h. a. suspensus || — 161.162 tranquilla q. e. l. suo || paruoque domus iam spes in agris || — 163 turbine magno spes sollicitae — 165 regum aditus — 167 ac] hic — beatas sed as litt. in ras. — 173—181 hic clamosi r. f. || iurgia u. i. iras || et u. l. n. paucos || sec. q. q. uelocis || mem. a. t. numquam || reditura t. d. f. sinunt || uiu. l. p. cursu || uit. c. uol. die || — 182 uertitur] uoluitur quod haud scio an non rectius — eui sic in ras. trium litterarum et adser. in marg. l' anni; fort. acui lectio praefenda — 185 gens sed s lit. in ras.; a pr. man. scriptum fuisse uidetur genus, ut ex spatio uacuo liquet — 196.197 garrula laudet c. parem || tollat et astris || — 199.200 me m. t. l. secreto || tutoque tegat || 203 sordide parua sed in marg. haec scholia: ,sordida] quae caret fama' et: ,parue domus] . i. pauperis familiae' — 205 crine in ras. — 207 tardusque senio graditur Alcidae parens — AMPH. MEG. LYC. om., sed erasa LYCVS uoce et in marg. man. rec. adscripta Megea, inscriptum minio exhibet Capitulum tertium — 211 jinēq. sed iq in ras. — 214 paratur] apparet, quae lectio fortasse genuina — 215 meat] exeat sed in ras. et supra addita ut uoce; a pr. man. fuisse uidetur meat — 216 uacat] datur — 217 ad prima sed d lit a sec. man. mutata . i. ualde in p et add. in marg. l' apprime — 222 reptauit — serpentum oculos — 223 uultus om. — 226 praelusit — pernix supra scr. ead. man. uelox — 227.228 in marg. inferiore ab ead. man. additi sunt — 227 caput auro — 228 cursu est — maximus om. — 229 genuit lacertis pressus — 232 solitumq. sed um litt. in ras. — 233 archada — menatū (ut V) — 237 acta est — 240 que sed e lit. mutata ex i (ut in E) — 243 adortus supra scr. ead. man. aggressus — 245.246 hi uersus bis scripti sunt sed alteri linea transuersa deleti — 248 petiit — stimphalides — 252 stabuli erasa in fine s lit. — 252 augei sed u lit. man. sec. (cfr. E) et supra scr. . i. euristei — 255 terris — 260 ipsamq. sed in marg. man. rec. add. ipsumq. —

263 *tremūt* sed a pr. man. fuisse uidetur *tremat* s. *tremet* —
 264 *aruīs* sed *uis* syll. in ras. quattuor litt. — *eque* supra
 scr. *propicie cadmo* (sic) — 272 *atq. amphionius cinis* in
 marg. adscr. sed eras. ^{al} *ophionius cinis* et in lemmate schol.
ophionius cinis (cfr. EV) — 273 *quo recidistis* sed *ci* litt. in ras.
 — *ignauū* sed *uū* in ras. literarum *ru*, ut uidetur (cfr. E) —
 275 *scelera* in ras. — 276 *at* pr. man. — *confregit* — 277
quod fieri — 278 *herculeas* sed *a* lit. mut. ex *u* — 279 *et*
poenas petet — 281 *hospes* — *precor] tuis* — 283 MEG. om.
 — *emergē* i. e. *emergere* — *d'pulsas* sed *pulsas* in ras. —
 284 *uetito* sed in ras. uocis *retro*, ut est in E — 287 *dirup-*
tis — 288 *citatum fluminis* (sic!) — 289 *fecisti* — 292 *re-*
currit — 297 *ppl'os* sec. man. mutauit ex *populos* — 299
est supra lin. add. — 300 *ignara* sed *gnara* syll. in ras.;
 ceterum in fin. uers. adscr. sed ex parte eras. ^{redde} *l unum* (sic) —
 305 *multa* — 306 *eleusin* sed *n* lit. ex parte eras. — *iactabo*
 — 312 *ullos* sed *o* lit. simul cum postremis uerbis *fractos*
deus in ras.; deinde noua scaena sequitur cum inscriptione
 AMPH. — 319 *amoueri* — 320 MEG. — *timori* sed *i* lit.
 sec. man. adiecta — 321 MEG. om. — 327 *depreusus* pr.
 man., sed male sec. man. mutauit in *dēphensus* — *hesit* (ut
 E) — 332 *quem saepe transit* (sed in hac uoce *s* lit. sec.
 man. mut. ex *x* lit. et adscr. man. rec. in marg. *transit*)
casus — 333 *minas uultu* correctum sec. man. ex *minax*
uultū — 336 LYC. om. — *regēs* in ras. — *cingitur* pr. man.
 — 339 *uertice* (in ras.) *excelso* — 340 *jndens* — 341 Hoc
 uersu noua scaena incipit et inscriptum est *licus* sed nec mi-
 nio ut alias et a man. rec.; etiam in V est *licus* in marg.
 sinistro — 347 *tenetur* — 351 *que* om. — 351 *inclito* (ut
 uers. 343) — 355 *stat t. o. p.* — 356 *fastum* man. rec. supra
 scr. *superbiam* — 357 *regni prima* sed *prima* uoce in ras. —
posse ad iniuriam pati, in marg. add. sed ex parte eras. *l*
inuidiam — 359 *obtectū* — 363 *temptat] expetit* (sic) quod
 eiecta *o* uoce fortasse uulgatae lectioni praefendum — 366

agant pr. man., *agent* sec. man. — 373 *participēs* — 344
sociemus animos — 375 *tristi* sed man. rec. supra ser. *truci*
 et in marg. adscr. ^{crudeli} *truci* — *uultu* — 380 *ausonio* — 383 *patrem*
 — 384 *patriam* — *quid ultra?* — 387 ^{b a} *quota pars* (sic) —
ex isto sed *isto* uoce in ras. quinque litt. — 389 *uictor* —
 392 *mixtum* sed *x* lit. sec. man. mut. in *s* — 393 *reges* pr.
 man. — 394 *riget* sed a pr. man. fuit *reges* e fine uersus
 proximi repetitum — 395 *siphilo lapis* sed *ilo lapis* in ras.
 — 397 *permessus* pr. man. — 398 *reliquit* sed *t* lit. in ras.
 ut E² — *tracti* in ras. et adscr. in marg. *l tracti* — 399
manent sed ead. man. in marg. adscr. *l mouent*, fort. rectius
 — 402 *regamq.* pr. man. sed ex parte eras. et man. rec.
 supra ser. *geramq.* — 407 *modum* in ras. et man. rec. supra
 scr. *domum* — 416 *quod] quas* pr. man. — 418 *gelidus* mut.
 sec. man. in *gelid'* — *per artus* in ras. — *exangues* — 421
intrepide sed *e* lit. fin. corr. ex *a*; equidem *intrepida* prae-
 tulerim — 422 *frenisco* — 427 *possem ut superna* — 432
tuam supra lin. add. — 434 *sceptroq.* sed man. sec. supra *q*
 adpinxit *o* (cfr. E) — *potior e. f. t.* — 435 *quot* sed *ot* in
 ras.; pr. man. et hoc loco cum E¹ conspirasse uidetur — 439
uirtus est — 441 *mollis e terris* sed litt. *s, e, t* in ras. quatt.
 litt.; ni fallor a pr. man. fuit *ex terris* — 442 *penetrat* — 444
mee hec sic, *e* lit. lineola transuersa del. — 446 *pacatum* sed
 una lit. erasa — 454 *ante* supra lin. add. — 457 *quem pro-*
fuga mater [errantem dedit?] *natum* (sic!), scil. post *mater*
 uocem inserendum *natum* — 458 *non* — *seua* pr. man. ut V,
 alt. in fine adiecit *s* lit. — *phebi* pr. man. ut V, quo eraso
 scr. est *phebus* — 461 *e* sed una lit. erasa, siue *t* siue, quod
 ueri similis uidetur, *x* lit. a pr. man. fuit — 464 *idaecae]*
exese — 469—471 oculis a *fortem* uoce quae est u. 469 ab-
 errantibus ad eandem eodemque uersus loco recurrentem u.
 472 hi tres uersus primum omissi post in marg. inferiore ad-
 iecti sunt — 469 LYC. non minio script. add. man. sec. —
 473 *laude* ab ead. man. quae textum scripsit in marg. adscr.

— 475 *AMPH.* uox quae hic deest praefixa est uersui qui sequitur sed atramento scripta — 480 *lassari* pr. man. — 481 *hoc euriti* sed in marg. sinistro ab ead. man. adscr. *t tentatis*; efr. quae de hoc loco supra pag. 4 monuimus — 484 ante *ipsius* uoc. erasae sunt tres litt. minio scriptae; easdem litt. minio scriptas sed ante uers. 483 in E¹ fuisse sane memorabile est et fontium affinitatem quandam prodit — 489 *est* supra lin. add. — *uulneri* in ras. — 490 *aut geriones* sed pr. man. fuisse uidetur *gerionem* ut in V. — 501 *nostro* — 502 *egisti* ut in V. — 505 hunc uersum omissa *quoniam* uoce sec. man. in inferiore marg. adiecit. — 507 *eripiet*] *excipiet* — 512 *locus* — 514 *prius* fort. rectius — 517 *uetat* et *iubet* sed *t* lit. in fine utriusque uocis eras. — 518 *ergo* — 519 *uotio regem colam* (sic!), in quibus *regem*, uel ut VA habent, *rogem* ex ultima uers. 518 uoce *rogus* exstitisse et *colam* script. expulisse credendum est — 522 *impiam*] *imperia* — 526 *sonuit* — 527 *audimur* sed *mur* syll. in ras. — *e ē* i. e. *est est* — 528 inscriptio est *Capitulum quartum* non *Chorus* — 529 *quam non aequa* in ras. — 530 *regnet* sed a pr. man. fuisse uidetur *regnat* — 532 *resecet* sed *secet* syll. in ras.; pr. man. e sequenti uersu male *referat* huc intulisse uidetur — *ferocia* — 537 *multiuagas* sed tres postremae syll. in ras. — 540 *multis* — 546.547 ab ead. man. in marg. additi sunt — 550 *suspitiens* (sic) — 551 *actus* in ras. — 557 *nauibus* sed a pr. man. scriptum fuisse uidetur *manibus*; nescio an uerior scriptura sit *nauitis* — 565 *peteret nestoricam* — 570 *tristis et* — 575 *recipit* — 581 hoc loco est in cod. ut in VE — *traicie* sic, sed *icie* litt. in ras. — 584 *excutiunt* sed *utiunt* litt. in ras. — 562.563 non hoc loco sunt sed uulgari — *et uincas* sed *t* lit. in ras. — 563 *non reuocabiles* (sic) — 594 *cantibus* — 595 post hunc uers. inscr. est *Hercules Amphitryon Theseus* — 597 *flammigero* quam uocem praetulerim ut rariorem ideoque facile post mutatam in *flammifero* — 598 *letis* i. e. *laetis* quae lectio magis placet altera *latis* — 601 *secreta* — *caelestium* — 604 *pete* supra ser. *descende*,

unde in V *petende*, quode iam supra pag. 4 monuimus — 605 *metuens pollui* — 610 *Junonis odio?* quae interpungendi ratio, deleta in fine uersus proxime antecedentis interpunctione, magis placet uulgari — 611 *qq* i. e. *queque* — 617 *offendi* pr. man., mutauit sec. man. in *ostendi*, quod priori lectioni equidem non praetulerim — 618 *tam*, post *Juno* uocem interrogationis signo posito; quae scriptura uulgata magis placet — 619 *quid* — 622 ante *Vtronne* uocem ad marg. manu rec. atramento non minio scriptum est *Amfit.*; praeterea hic uersus antecedenti continuatur nulla inscriptione interiecta — 624 *reliquit* — 625 hic uersus a man. sec. in inferiore marg. adscriptus est — *iste* — 626 et — 627 de hoc uersu uide quae pag. 4 monuimus — 630 post *iste* uocem rasura trium quattuorue litterarum — 633 *possidet* — 639 *fiatque summus hostis* — 640 *HERC.* hoc loco omissum sequenti uersu praefixum est — 644 *sospite* in ras. — 650 *lassis* — 651 *uirtutum*; in scholio adiecto haec habes: „Rogat Theseum ut pandat omnia *facta* Herculis et sua in inferno“, quibus R. Peiperi conjectura *fatorum* firmari uidetur dum scholiasta scribere uoluerit *fata* — 653 *uincula* — *tulerit* in ras. — 660 *qd'* sed post *d* lit. ras. duarum litterarum, ut a pr. man. *que* = *quae* fuisse credibile sit, ut habent EV — 663 *ercita* (sic) adscr. in marg. man. rec. *irrita* — 664 *ethna mater* in ras. — *ut*] *et* — 667 *trenurus* (sic) — 668 *inuicti* fortasse rectius — 675 *tale non dubie solet* — 677 *lassantur* — 683 *immenso sinu* — 684 *quieta* sed *ta* syll. in ras. — — 684 *lethe*] lit. *s* in fine erasa sed ita ut non prorsus euauerit — 685 *cura* — *ne ue* in ras. — 686 *flexibusq.* (sic) — 687 *in certa uagus* — 688 *unda*; ceterum aut *incerta uagus M. unda ludit* aut auctoritate E nisus cum Richtero scripserim *incertus uadis M. errat: ludit* — 692 *strigis* sed *igis* litt. in ras. — 695 *rapido* — 697 *funus* in rasura uocis quae minio scripta fuit — 696 sede uulgata — 701 *tenax*, quod nisi e neglegentia librarii ortum male irrepsisse credendum est e uersu Phaedrae 633 uel nostrae fabulae uersu 683

olim in marg. adscripto — 709 *merore* — 720 *remigari* — 725 *recentes dira maiestas*. Deo quae codicis nostri interpunctio cum *deo* scriptura haud scio an non uulgatae praefendum sit propterea quod sic *digerit* uerbo quod aegre desideratur subjectum additur et uerba *uultus est illi Iouis* iam concinnius dicta apparent — 730 *aspectus* sed *s* lit. finali lineola transfixa — 737 *auditur* — 738 *Thetidis auditur socer*
i. isto foro
 in ras. et in marg. adiecto *hoc* — 746 *animeq.* pr. man., sed sec. *e* lit. mutauit in *o* — 751 uerba *maiore nostro* (sic) in fine proxime antecedentis uersus adiecta sunt — 755 *sisiphea* — 757 *abluit*, quae scriptura uulgatae praestare uidetur quia aquam modo ad labias usque escendentem modo descendentem describit, ut ipse poeta 759: *perit unda in ore* — 761 *ferunt* — 765 *spolium*] *praedam*, adscr. in marg. a manu interpretis recentis *spolium*; contra in scholii lemmate est *spolium* — 767 *stupente ubi unda* — 768 *hunc* — 769 *squalidus gestat* — 771 *lucent* — 772 *conto portitor longo* — 773 *uacuus* — *puppim* (contra 779 *puppem*) — 774 *umbras*] *undae* 778 *proprio*] *ipso* — 780 *sedit* — 781 *lateri* (pr. man.) *titubante* — 782 *tunc* — 783 in om., sed supra *bella* uoc. man. rec. scr. *ad bella* — 785 *labor* — 788 *terna* — *uasta* sed *a* lit. finali sec. man. mutauit in *o* — *latera*] *capita* — 790 *horrent* sed *a* pr. man. fuit *herent* — 794 *subrecta* pr. man., sed sec. mutauit in *subiecta* — 798 *multa* sed *l* lit. erasa et ad marg. adscripto ead. man. *muta* — 801 *a leua feros* sed
i. tegit
s lit. lineola transfixa et subiecta *a* lit. — 803 *clepit* (sic!), unde collato Medae uers. 156 suspicer a poetae manu profectum esse *clepit* et *tegit* scripturam merum esse interpretamentum — 804 *uictrice* sed *trice* syll. in ras. et adscripto in marg. ab ead. man. *l uictor*; ceterum punctum in priore uersu post *clepit* uoc. positum esse et post *gerens* uocem interpunctionem nullam esse adde — 807 *lapsus* pr. man. sed sec. man. mutauit *p* lit. in *s* — *submit* (ut infra uers. 815 *submitto*) melius — 809 *solio* sed *io* litt. in ras. — 810 *me*

** \bar{q} sic duabus litt. erasis — *petente* pr. man., *petenti* sec. man. — 811 *tunc* — 812 *iuuit* sed *x* lit. lineola transfixa supra scr. ead. man. *e* lit.; in scholio sic legitur: '*uincit*] i. e. ligat' — 818 *bonos* sed *s* lit. ab ead. man. lineola transfixa; scholion est hoc: '*bonos animos*] i. fortes; abstulit retrahendo uersus infernum' — 819 *uictus* sic, ut dubium sit utrum *uictus* an *uinctus* an *inunctus* legendum; ceterum ingenue fateor totum locum mihi magis probari sic scriptum: *oculos lucis ignotae, bonos resumit animos uinctus* — 821 *pronumq.* sed *pro* syll. in ras. — *gradū* sed lineola supra *u* lit. ab ead. man. deleta — 823 *geminisq.* sed *q* lit. ab ead. man. lineola transfixa — *uicibus* sed in marg. man. sec. adscr. *l uiribus* — 825 *dien*] *aethera* — 826 *soli* sed in marg. ead. man. add. *l poli* — 830.831 *herculeus* . . . *manus* sed utraque *s* lit. erasa — 836 *deerat* — 838 *ausus* \bar{v} sic et supra *au* syll. scriptum est *tu* — 840 *silua metuenda nigra* — 844 *currit* — 845 *quanta* sed *a* lit. in ras.; *a* pr. man. fuisse uidetur *quantū* — *noctis* — 850 *scite* cum scholio: '*sithi*] gentes scythiae' (sic) — 853 *gradiens* — 860 *releuare* in ras. uocis nouem decennue literarum — 866 *ac* correxit pr. man. ex *et* — 868 *sera* sed. *a* lit. sec. man. male mutata in *o* — 870 *potuit* — 871 *durum* — 878 *carpsit* — 879 inscript. est *Chorus* erasis uocibus *Capitulum IIII* et *Hercules*, ni oculi fallunt; ceterum per totum chororum binos uersus singulae lineae complectuntur — 887 *et inter* — 890 *alluitur* sed priori *l* lit. suprascr. *b* lit. — 898 *tege*, sed sec. man. mutauit in *rege* (et sic V), supra scr. *cooperi* — 899 hic uersus priori carmini continuatur, in sinistro demum marg. adiectis: *Hercules, Theseus, Amphitryon* — *ultrice dextera* — *aduerso* pr. man. (ut EV), sec. man. mutauit in *aduersa* — 900 *tū* (=tum), in marg. ab ead. man. adscr. *l tū* (=tamen) — 604 *adiuctrix* (sic) — 907 *adsit* sed *ds* litt. in ras.; suspicer et hoc loco codicem nostrum cum V cod. conspirasse et pr. man. habuisse *adesit* — 908 *uirenti* — 919 Thesei nota uersui praefixa — *Tu*

Dii (supra scr. rec. man. *sunt adorandi* et post *urbis* uocem puncto adpicto) — 920 *eseti* sic, sed *es* litt. in ras. (supra scr.: 'serpentis quem Cadmus peremit') — *nobilis* (cum EV) *dirces*, sed pr. man. male habuit *duces* — *nemus*] *aguas* — 921 post *larem* uocem erasum est *q.*, quod idem in V supra
.i. debes colere
lin. add. — *colis* (sic), contra in scholio haec habeto: '*colis*] .i. soles colere' — 922 *manantēs* (sic) — 927 *potestq. magis* — 928 *quam* pr. man.; hoc quoque loco qui librum deprauauit *uam* litt. erasis maluit compendium *q.* — 929 *labores* — 930 *concupias*; in nota postrema qui Vind. librum scripsit *s* lit. latere ratus (et saepissime quidem) confecit *concupias*; cfr. pag. 5 adnot. ad uers. 50 — 933 *serena*] *aeterna* — 935 *ensesq.* sed secunda *s* lit. in ras. — 939 *nullo* pr. man. ut V, *nulla* sec. man. corr. — 942 post *etiam* uocem *ne* litt. in ras. *literarum nū* — 943 *proparet* sed supra *a* lit. man. ead. scr. *e* — 944 *diem* — 949 *diurnū* pr. man., sec. supra *ū* scripsit *e* (= ae) — 953 *afflat* (ut V¹) sed supra rec. man. adscr. *emittit* — *rutilat* (adiectum est scholion hoc: '*rutilat*] .i. rubore igneo splendet') — 955 ^{frigido} *gelido frigida* (sic!) — 956 *uerna* pr. man., sec. *a* lit. eras. scr. *i* — 958 *huc et illuc* — 965 *quid* sed *id* litt. in ras. — 968 *recipis* sed *s* lit. in ras. — *traho* sed *o* lit. in ras. duarum litt. (*or* s. *ar*, ut uidetur) — 971 *ipotens* sed *i* et *o* litt. in ras. — 973 *cum siluis saxa* — 976 *sub ossa* in ras. — 981 *pestifera* — 983 *et* sec. man. in marg. add.; in textu est *Ac* lineola transuersa deletum — 985 *marcētque* (sic) — 986 *oeten* qua uera script. lineola tranfixa in marg. adscripsit man. rec. *ethen* — *horrendū* sed *ū* alt. man. deprauauit in *e* — *minas* sed *s* lit. in ras. duarum litt. — 967 *flammigera* sed *g* lit. alt. man. mutauit in *f*; scripserim equidem *flammigera* (cfr. 597) — 993 *licet nefandum* sed *et nefandum* man. rec. in ras. — 994 *dextera* — *reddat* fortasse rectius propter *excutiat* formam quae sequitur — 955 *neruus* lineola transuersa del. man. rec. supr. scr. *arcus* et in marg. adscr. *Herculis* — 996

Herculea hanc uocem rec. man. in marg. adiecit; in textu integer uersus est: *Quo nate sic te caecus inuergit furor?*, cuius priora uerba *Quo nate sic* genuina putanda sunt, at in altera parte *se c. inepgit f.* non *te c. inuergit furor* scribendum — 997 *uastum* — 1001 *omnesq.* — 1002 *ciclopea* — 1004 *aula disiecto* — 1005 *rumpatq.* — 1011 *at* sed in ras. ut pr. man. habuisse uideatur *ast* — 1015 *HERC.* in dextro marg. non ut fieri solet in sinistro, atramento non minio scriptum et post erasum est — 1016 *dextera efferet* sed *efferet* uox in ras. et praeterea supra priorem *f* lit. scr. *t* lit. — 1017 *AMPH.* deest — *quo fuga?* pr. man. — *latebras*; fort. scribendum: *quo fuga? an latebras* (s. *latebram*) *petis?* — 1020 *lepnire* pr. man. — *tempta* et *coniuna*, haec scribendi ratio in codice ubique occurrit, item *adicio*, *deicio* et similia, quod in transitu monere uisum est — *iam* pro quo mero operarum errore in edit. Lips. est *tam* — 1023 *renuo* sed rec. man. in marg. adscripsit *al' tenuo* (sic) — 1025 *auferam* sed man. rec. supra addito *occidam* — 1026 *MEG.* sed in ras. — 1027 *AMPH.* praefixit — 1029 *nūc* pr. man., quo eraso alt. man., quam compendia in deliciis habuisse in aperto est, scripsit *nc* — 1035 *nomini* ead. man. in marg. add. — 1036 *nec* — *obstrepit* quode cfr. pag. 4, et adde ead. man. supra scr. esse .i. *d'roget* — 1037 *genitor* — 1042 *occidi* sed in marg. man. rec. add. *al' cecidi* — 1043 *dabit* sed sec. man. supra scr. *al' dabis* — 1046 *Ceruice prona praebeo* in ras. — 1047 hic uersus in inferiore marg. a manu nusquam alias in cod. obuia adscriptus est; etiam in marg. dextro scriptus fuit sed post erasum est ne scholiis locus decisset — 1050 *submisso* et hic — 1052 *portus maris* sed in *maris* uoce *s* lit. non a pr. man. fuisse uidetur — 1053 *uiuis?* aut hic quoque oculis aberrantibus danda *aut* uox, eadem uersus proxime antecedentis sede posita — 1055 *motus* — 1056 *aut* sed *a* lit. eras. — *grauis* — 1057 *tela ne repetat furens* sec. man. addidisse uidetur — 1060 *eris alti tellusq.* in ras. — 1069-71

soluite ^osuperi (sic ut E) rectam i. m. || flectite m. t. o. dom.
 || *somme m. r. a.* || — 1072 *pars et sed s et* in ras. — 1075
futuris sed s lit. in ras. — 1080-83 uersus sic se excipiunt:
Placidus / Pavidum / Cogis — 1082 *leuisq.* — *foues sed s*
 lit. sec. man. adscripta — 1083 *deuictum* — 1085 *linguat*
 — 1089 *tanta* — 1091 *mandare sed dare* syll. in ras.;
 ceterum haec est uersuum qui sequuntur constitutio: *mandare*
c. q. u. || *pondera d. m. i.* || *brachia u. nec. a omnes* (sic)
 || *expulit ac. sed u. i.* || *uerata n. s. l.* || *unda t. e. i. u.* ||
cessante t. Pelle i. || *fluctus a. r. p.* || *uirtusque u. uel sit*
potius || — 1107-1122 horum uersuum in cod. ordo et ratio
 haec: *pectora p. m. s.* || *ferre l. uerbera pulsant* || *uictrix*
manu gemitus uastos || *audiat aether audiat atri* || *regina poli*
uastisque (sed *is* litt. in ras. *a* lit.) *feror* || *qui colla gerit*
u. c. || *imo l. C. a.* || *resonet m. c. chaos* || *latiq. p. u. p.* ||
et qui medius (sec. man. *d* lit. eras. ser. *l*) *tua t. t.* || *sen-*
serat aether || *Pectora tantis o. m.* || *non sunt. i. f. l.* || *Vno*
plantu (sic) *t. r. s.* || *et tu collo d. a. telum* || — 1124 *leues* —
seua sed se syll. in ras. et in marg. adser. *l sera* — *ferro* —
 1130 *Vili* pr. man. *ulti* sec. man. mut. — 1132 *flectere fortes*
fortiq. cestu sed *es* in *fortes* uoce et *iq* litt. in ras. — 1134
sithici leue coriti — 1138 *stygio* pr. man. — 1139-44 sic
 diuisi et constituti sunt: *ite innocuae q. i. p.* || *limine u se.*
o. || *patriusque f. i. inf.* || *genus o pueri per iter triste labo-*
ris || *ite iratos uiscere* (in marg. ead. man. add. *l uisite*;
 fort. rectius *uisere* scr.) *reges* — 1146 *sumus* — 1149 *auras*
 quattuor literarum in ras.; cfr. E — 1150 *a deest* — 1153
oculos t. f. meos — 1157 *en* | *cur* — 1162 *somnum Herculis*
 — 1165 *incestu* — 1176 *prod* (sic) — *uindica* pr. man. —
 1177 *gerionis* sed *is* litt. in ras. unius lit., quam *e* fuisse
 suspicor — 1864 *at tu* eras. et rec. man. supra scr. *sed* —
 1187 *potens* — 1188 *mih* sed in marg. adser. *l lici* — 1190
per te in ras. — 1192 *domum fudit* — 1194 *sum* pr. man.
 — 1205 *pene cedete* (sic) — 1207 *tacere sed re* syll. in ras.

luctus est istic tuus in ras. — 1215 *pareturque* in rasura
 uocis, ni oclorum acies fallit, *uagetur*, ut et hic cod. nostri
 pr. man. cum EV conspirasse putem — 1216 *abruptum* | *ob-*
rutum — 1218 *hinc et inde* — 1220 *saraq.* sed *axa* in ras.
 quattuor litt. — 1226 *attonitū* (sic) — *carēs* pr. man. (igitur
 idem ac EV), *caret* sec. man. — 1228 *dira* — 1230 *dedita*
turbæ et sed bæ et in ras. — 1233 *o* sec. man. supra lin.
 add. — *nimum* in ras. supra script. ead. man. *.i. dico* —
 1236 *ensem* — 1239 *et* supra scr. sec. man. *al ac* — 1242
infaustas sed *s* lit. finali erasa et supra scr. *corpora* — 1243
cremabo telis. o nouercales manus adiectis ab ead. man.
 uerbis: *deficit uerbum* — 1244 *THES.* — *unquam* — *dedit*
 — 1246 *THES.* — *opus* supra scr. *ē* (= est) — 1247 *furore*
cessit supra *cessit* uoc. adser. *.i. recessit* (cfr. EV) — 1249
arma arma | *redde* (sed. man. rec. *e* lit. finali mut. in *i* et in
 marg. adser. *arma*) *arma*, quam scripturam praetulerim hac
 interpunctione facta: *Redde arma Theseu! flagito propere mih;*
erit fortasse cui sic potius scribendum uideatur: Reddi arma,
Theseu, flagito p. m. s. r. — 1250 hic uersus in marg. add.
 est ut in V; fefellit oculos librarii *mih* uox in fine et huius et
 proxime antecedentis uersus posita — 1251 *referte* sed *ferte*
 syll. in ras. — 1254 *siue me auctorem* lit. *e* lineola transfixa
 et supra *auctorem* uoc. adser. *.i. alūpnus*, quo explicari
 apparet scripturam *altorem* quae est in A — 1256 *deserto*
 sed in marg. sec. man. adser. *l deserte* — *annisq.* sed *nn*
 litt. in ras., ni fallunt oculi, *rm* litt. — 1258 *lumen* — *afflicto*
 supra scr. *mih* — 1260 *monstra* | *terram*, sed in marg. rec
 man. adser. *monstra* — 1264 *fructumq.* (ut V) — *tactūq.* sed
ūq. litt. in ras. — 1266 *moremq.* sed *verq.* in ras. — 1270,
 1271, 1272 pro *AMPH.* legitur *THES.* — 1273 *peto* — 1276
te in marg. add. — 1277 *uiolatae* — 1278 *effere* — 1279 *pa-*
triae quam lect. uulgatae praetulerim — 1287 *et om.* — *iu-*
mitte pr. man. — 1288 *agendum* pr. man. ut V¹ — 1290
ignauae cessas? (sic) — 1291 *pavidamq. matrem* pr. man., mut.

a rec. man. utraque *m* lit. finali in *s* — 1291 *dentur* — 1294 *cum domibus suis* scholion interpretatur: *cum famulis suis*, quod idem coniecit B. Schm. in edit. Lips. — 1296 *recipiam* sed *re* syll. mut. in *er* — 1299 *precor* sed *o* lit. in ras. — 1300 *quo mundus* sed *o* lit. alt. man. mut. in *a* — 1302 *AMPH.* om. — *redde* — *HERC*] *AMPH.* — 1303 *tuis en* sed *tuis* uoce lineola transfixa rec. man. ad marg. adscr. *hoc* — 1304 *AMPH.* om. (ut *EVψ*) — *emisit* — 1306 *corpvsq.* — 1307 *HERC.* et *AMPH.* om. — 1308 *HERC.* om., contra qui in marg. atramento adscripsit ante *pande* uocem inseri uoluit — 1309 *AMPH.* ead. man. in marg. adiecit, quae in proximo uersu *HERC.* — 1311 *Theseu. necdum ipse* sed *necdum ipse* uoces in ras. — 1317 *quassam* — 1316 *primo* in ras. — 1319 *letale* sed *e* lit. finali in ras. — *uulnus*] *pectus* — *inpressum* — 1324 *afflictos* sed *s* lit. rec. man. adscripsit — 1326 *aegro*] *ego* — 1329 *obruam* in ras. — 1333 *arthoum* in ras. — 1334 *transfundat* sed *at* litt. in ras. — 1343 *quoniamq.*] *quiq.* — 1344 *nunc meritis* (sic) — 1346 *redatum* supra *a* lit. add. *e* lit. — 1349 *illie* sed man. rec. mutauit in *illuc* — *ced' gradiuus* sed *d' gradiuus* in ras. — 1350 *restituit armis* (sic) — *uocat* — 1351 *terra quae s. solet.* —

Subscripta sunt minio haec: *Explicit Hercules furens Marci aeni senecae. Incipit Thiestes. Et umbra Tantali loquitur.*

PART. II.

Editores Lipsienses de ratione qua in *Octauia* recensenda secuti sint docentes praefationis pag. XXIII scribunt haec: „Sed is, qui R 13 exarauit quamquam de suo nihil addidisse nec quicquam uolens mutasse iudicandus est, tamen cum tanta fuerit insecitia tantaque in scribendo usus sit indiligentia ut persaepe scripturam archetypi magis uitiosam redderet ac deprauatam quam ceteri libri: horum ad subsidium haud raro refugiendum est. Huius autem generis praeter ceteros excellunt Londinensis, Rehdigeranus n. 12 Lugdunensis (BR 12 C), quos non solum multis locis cum R 13 consentire uidemus uerum etiam haud ita raro, ubi et illi ceteri peccant, solos pristinam scripturam seruare.“ Tribus uero illis codicibus quartum addendum esse nostrum codicem Lobkovicianum quo quisque sibi persuadere possit, primum congressi, ut in part. I, locos insigniores, quibus liber noster cum R 13 (modo solo modo adsentiente uno alteroue trium illorum) facit, dein locos quibus cum uno ex tribus illis consentit, tum quos cum pluribus ex quattuor communes habet, denique subiecta integra collatione.

Igitur consensus cum R 13 solo exempla haec habeto: ante *Vox* uocem u. 73 habet *NV* — 408 *nummis* — 423 *tenere laqueo, premere subiectos iugo* — ante 449 *nero p̄fcūs* (sic!) *Seneca* — 512 *domitor gentium* — 534 *umbas* (pr. m.) — 585 *uidē* — 737 *sacuum* — 738 *p̄fenti* (unde R 13 male *plenti*) — 762 *augusta* (non *angusta*) — 797 *ad* (non *ab*)

urbis — 799 attonitas — 802 *scilio* (sed c lit. lineola deleta) — 819 noua scaena incipit — 822 *quis* (supra scr. *quibus*) — 865 *h'* — 938 *redderet* — 974 *ī* (R 13 male legit *τ*) — 880 *quid* — 950 *pq̄*; — 970 *secuta est*.

Cum codice B solo conspirat: 89 *fuluos* — 113 *ne* — 502 *patrieq. parens* — 555 *urgens* — 586 *prohibeor* (nisi quod V adstipulatur) — 593 *ferro* — ante 605 *Agripina mater neronis* — 648 *te* om. — 666 *mortem* — 739 *subducta* (conspirante V) — 786 *dāne* — 801 *et* om. (conspirante V) — 875 *explicabit*.

Consentiunt noster liber et C: 37 *uenenis* — 242 *que* (simul cum V) — 474 *ultro* — 745 *Pristinos et* — ante 794 *nunciūs. chorus* — 947 *chorus* man. sec.

Cum R 12 solo communia haec habes: 222—24 in marg. adscripti sunt — 403 *adsit* — 519 *sparsitque* — 630 *pato* — 838 *quid* — 840 *funesta*.

Porro conuenit nostro libro:

